1398. ie 10 Augusti. Ex Ms. Arch: Cap: Ploven

755.

Litera Judicialis super Limitibus inter Villam Episcopalem Sowoklaszuz et Slepowron Nobilium.

206

Nos Junosa Judex Zaroczyniensis Vyschegradien, una cum Jacobo Subjudice Czechonoviensi universis et singulis presentibus et futuris, quibus expedit, notum esse volumus presentibus profitentes. Quod mota materia questionis inter Reveren dissimum in Christo Patrem et Dominum Dominum Jacobum Episcopum et Capitulum Ecclesie Plocensis ex una, nec non Mathiam et Matrem fratres et sorores ipsius heredes de Slepowrony parte ab altera de et super granicie: bus, gadibus, et limitibus inter Sowo klanfk villam ipsius Domini Episco: pi et Slepowrony Villam Mathie Matris fratrum et Sororum ipsius. Qui Ma: thias tanquã nuncius et legitimus pro: curator Matris, fratrum, et sororum suarum, Coram nobis asserendo affirma: bat se habuisse et habere granities et metas notorias, inter jam dictas here: ditates antiquitus factas fossas et ordi: natas. Cujus Mathie assercione nos in: tellecta et audita strenuum militem Do: minum Nalskarium cum Gelonek pre: cone districtus Czechonovien Adrequisi: tionem

requisitionem Adversarum partium
transmisimus ad conspiciendum easdem
granicies, quas idem Mathias ut prædici-
tur esse affirmabat, qui Dominus Sucame-
rarius simul cum prefone tam nomina-
to, reveuientes ad judicium nobis tunc pro
tribunali residentibus et utrisq partibus
coram nobis comparentibus recognove-
runt realiter eundem Mathiam matrem
fratres et Sorores ipsius nullas grani-
ties metas et signa habuisse, et habere
inter prænotatas hæreditates, Quorum
relatione notoria publica et manifesta
nos audita digesta ac sufficienter in-
tellecta pro tribunali sedentes nullū
timentes nisi solum Deum præoculis
habentes habito Consilio nobilium vi-
rorum, tum circa nos residenciam pre-
dicto Domino Episcopo et Capitulo Equi-
tationem, vulgariter Szaczafth dictā
nostra diffinitiva Sententia mediante
adjudicavimus, eanem ipsam firmam
et irrevocabilem pronuntiantes, et de-
cernentes granicies metas, et limites
per loca et transitus inferius descripta
fore factas fossas et perpetuè pervi-
stendas, quarum transitus sequitur
et est talis. Primo per has vias que
ducunt una angularis ducens ad anti-
quam Ecclesiam in Tunyecz et altera
de Plonsko et aliunde, que transit

per

per Syedlecz in Novemiasto pertran:
seundo vero viam, que ut prædicitur, du:
cit in Novemiasto, transeunt grani:
cies versus viam in ambulabilem, et in
consuetam, que ducit versus viam Pro:
szkowo etiam transeundo, per prædi:
ctam viam in ambulabilem, fere per
duos vel per tres passus, per quam viâ
iterum granicies transeunt, usq; ad vi:
am que Ducatum præstat de Plonsko
in Novemiasto, que siquidem granicies
a Sowoclansk transeundo ad domú
Episcopum et Capitulum suum, ad de:
xtram manum nec non ad mathiam
et Matrem fratres et sorores ipsius
ad manum sinistram pertinere debeant,
atque pertinebunt de jure et de facto.
Verum quia Dominus Episcopus cum suo
Capitulo nec non Mathias cum matre
fratribus et sororibus suis prædictas gra:
niciès jam descriptas et nominatas parte
ex utraq; tenebunt ratas, gratas, atquè
firmas temporibus perpetuis pacificè et
quietè hoc etiam introcluso similiter, et
expresso. Quod si mathias, aut mater vel
fratres ac sorores ipsius prædicti memo:
ratas granitièz, quoquomodo infringere
aut violare attemptaverint, ante omnia
quindecim sexagenas grossorum Dragen:
sium ponant. Quarum medietas pro
Domino Episcopo et Capitulo, et re:

ligua

reliqua medietas pro Ducatu pertinebit,
quo non obstante terra, quam Domi:
nus Episcopus per Dominum Stiboriū
Cancellarium Ecclesie ipsius prædicte.
Lucratus fuerit, ultra eadem grauı:
cies ad ipsum Dominum Episcopum
pertinebit, et per eosdem pertineat
restituta harum quibus testimonio
Literarum præsentem Litteram scribi
et nostrorum sigillorum sub appen:
sione mandavimus roborari. Datum
in Zakroczym ipso die Beati Laure:
tij Martyris glorioſi sub Anno Domi:
ni Millesimo Trecentesimo Nonages:
mo octavo. Presentibus, Viris, Nobili:
bus Dominis Bolestha Castellano
Vyschegradiensi, Anthonio Subjudice
Zakroczymiensi, Vydyslao Procuratore
Zakroczymiensi, Przybyslao de Sdu.
nowo et alijs quam pluribus testibus
fide dignis scripta per manus Joannis
Laurentij de Lancitia Notarii Ter:
re Zakroczymiensis.